87-1/6 R. 32900

8

Elegia VI.

Egressus Jesus trans torrentem Cedron, hortum ingreditur, Patrem orat, et in agonia factus, Sanguine sudat.

Tum trans Cedron torrentem est egressus Jesus
Cum charis sosis, Discipulisque suis.
Cumque ad torrentis ripam venisset opacam,
Nudis heu! pedibus transijt ejus aquas.
Sic plorãs olim David Rex fortis, et almus
Carpsit cum multis hoc fugitibus iter.
Nam fugiens ipsum cupientem occidere natum,
Torrentem nudo transijt ille pede.
Non aliter noster torrentem transit Jesus,
Nunc cum Discipulis, dum loca sola petit.
Inde sed educens imo de corde loquelam
Hæc illis cœpit dicere verba via:
Scandala vos omnes in me patiemini in ista
Nocte, pavens quando vos timor ipse fuget
Sic etenim scriptum est: pastorem percutiam, atque
Dispergentur oves lata per arva gregis

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Inque galileam postquam surrexero, gratam,
Mox vos præcedam, sicuti pastor oves.
Et si omnes, Petrus, patiantur scandala, dixit,
In te, at non patiar scandala firmus ego.
Ante hodie tu, quam gallus bis cantet, Jesus,
Me ter in hac, illi, nocte negabis, ait.
Petrus oportuerit tecum etsi occumbere morti,
Non te, respondit, Christe, negabo levis.
Et pariter cuncti verbis cœpê veniquz
Hoc validi robur pandere cordis idem.
Ergo viam properi cœptam de more frequentes
Montis Oliveti culmina celsa petunt.
Nominis Hebrei hic cum Gethsemaneida villa
Esset, ubi (Judæ cognitus) hortus erat,
Huc autor venit vitæ, pariterque salutis
Inque hortum intravit, Discipulique sui
Cumque locum firmus iam prevenisset ad illum
Discipulis illic hæc ore dedit suis:
Hic, illuc donec vadamque, oremque, sedete
Orate ut tentans non Draco vincat atrox.
Arreptoque Petro, cum Jacobo atque Joanne.
Secum, quos fortes noverat esse magis.

Tædere, et cœpit, turbari, mœstus et ære,
Et pavida multum voce profatur eis.
Est animus meus ad mortem tristissimus usque
Nunc spectare hic, et vigilate quoque.
Et, tamquam lapidibus jactum est avulsus ab illis,
In faciemque orans procidit ipse suam.
Et genibus positis Jesus hoc fecit, et almo
Et etiam fatus servidus ira Patri
Abba Pater, si vis, a me transfer calicem istum:
Sed quod vis fiat, non tamen hoc, quod ego.
Et prece ab ardenti cum surrexisset, alumnos
Ad propios venit corde pavente [illegible] nimis.
Inveniens et eos pressos gravitate soporis
Quid somnum mœsti ducitis? inquit eis.
Petro et ait: Dormiris, Simon? Sic nō potuistis
Vna ora mecum vel vigilare vrebi?
Surgite de somno, vigilate, orateque multum
Ne satanas tentans vos superare queat.
Spiritus est equidem vestra cum mente paratus
Infirma est autem, debilis ergo caro.

Secessit mærens horti in secreta secundo,
Oravitq́ Patri talia verba loquens:
Si nequit iste calix, Genitor transire tremendus
Ni illum sponte bibam, fiat ut ipse velis.
Rursus et ad socios venit, mollisque sopore
Invenit pressos pondere rursus eos:
Namque gravati illorum prorsus erant oculi, atque
Illi, ignorabant, quid modo voce darent.
Et linquens illos afflictus rursus abibit
Tertio, et atque orans, voce iterabit idem.
Inque angore gravi factus, prolixius almam
Orabat moesto pectore, et ore Patrem.
Sanguinis ut guttæ terram currentis in imam
Est et ei factus sudor ubique madens.
Tunc autem fulgens apparuit Angelus illi
Confortans ipsum missus ab arce Dei
Mox ad Discipulos venit, tunc dixit et illis:
Jam dormite, quies vos et amica levet.
Sufficit: hora meæ patiendi in corpore venit:
In peccatorum tradar et ecce manus.
Et capite tranquillum iam somnum: surgite ean
Est, qui me tradet, proditor, ecce prope

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
— GRANADA —
Sala Caja
Estante C
Número 26 (8)

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA